AUSPICIIS REGIAE CELSITUDINIS PETRI LEOPOLDI ARCHIDUCIS AUSTRIAE MAGNI...

Cristoforo Giuseppe Iagemann

413

Quod felix fauſtumque ſit!

AUSPICIIS

Miscellanea 302

REGIAE CELSITUDINIS

PETRI LEOPOLDI

ARCHIDUCIS AUSTRIAE

MAGNI DUCIS HETRURIAE &c. &c.

IUVENES GERMANI

DOCTRINA CATHOLICAE FIDEI ET ARTIBUS LIBERALIBUS

A. F. GAUDIOSO IAGEMANN

IN SACRA THEOLOGIA LECTORE

ET COLLEGIALI ORD. ET. EREMIT. B. AUGUSTINI INSTITUENDI

PUBLICO EXAMINI EXPONENTUR

Clemens Schmitz.	Antonius Kroeckel.
Christianus Schluga.	Iosephus Kroeckel.
Iosephus Schmitz.	Ignatius Arnold.

In Conventu S. Spiritus Anno 1767. die Octobris hora 9. ante meridiem.

FLORENTIAE ANNO MDCCLXVII

TYPIS REGIAE CELSITUDINIS

SUPERIORUM APPROBATIONE.

S Y N O P S I S
RERUM DISCUTIENDARUM.

I.

DOctrina Chriſtianae & Catholicae fidei S. litterarum monumentis demonſtrata. Idiomate germanico.

II.

Hiſtoria Romana àb urbe condita uſque ad Caeſarem Octavium Auguſtum. Latine.

III.

Geographia naturalis Italiae cum adjacentibus inſulis, & totius Imperii germanici.

IV.

Syntaxis linguae latinae. Traductio Plautinae comoediae quae Rudens inſcribitur. Themata germanicè propoſita latinè reddentur.

V.

Quantum quiſque in germanico idiomate, eiuſque orthographia profecerit, verſionibus in medium prolatis, ne dum emendatis demonſtrabitur.

Digitized by Google

QUAESTIONES DE ROMANA HISTORIA

QUIBUS CANDIDATI SATISFACERE CONABUNTUR.

EPOCHA I.

De Regibus.

I.

QUis Romam condidit?

II.

Quot fuerunt Reges Romani?

III.

Qui fuerunt maiores Romuli?

IV.

Quaenam hiſtoria eſt nativitatis & pueritiae Romuli?

V.

Quomodo urbs incolis aucta fuit?

VI.

Quem ſtatum Reipubl. conſtituit Romulus?

Quam

VII.

Quam mortem obiit Romulus?

VIII.

Quid memoriâ digni egit Numa Pompilius?

IX.

Quid de Tullo Hoſtilio memorandum eſt? ubi de Regni Albani deſtructione.

X.

Quid de Anco Martio?

XI.

Quid memorabile Tarquinio priſco regnante accidit? ubi de Actio Naevio augure.

XII.

Quid boni in Rem Romanam contulit Servius Tullius?

XIII.

Quid dominante Tarquinio ſuperbo contigit? ubi de expulſione Regum.

Google

XIV.

Quantum temporis duravit Dominatio Regum?

E P O C H A II.

De Rebus geſtis ſub Regmine conſulum.

XV.

Quae Regiminis forma inſtituta fuit Tarquiniis exulibus?

XVI.

Quid memorabile eſt de primis conſulibus?

XVII

Quid de bello Hetruſco cum Porſenna? & quorum virtus in hoc bello maximè enituit?

XVIII.

Cujus virtus magis praedicanda eſt in bello latino?

XIX.

Quae cauſa fuit Decemviratus inſtituti, & abrogati?

XX.

Quid memoria dignum accidit in bello cum Vejentibus? ubi de Vetorum deſtructione.

Digitized by Google

XXI.

Quae cauſa & quis eventus belli gallici fuit?

XXII.

Quae cauſa & quis ſucceſſus belli Tarentini, - - - & cum Rege Pyrrho fuit, & quorum virtus maximè celebratur, quidque boni Romanis inde contigit?

XXIII.

Quantum temporis effluxit ab urbe condita uſque ad bellum Tarentinum? quantum ab inſtitutione conſulum?

E P O C H A III.

De rebus geſtis a primo bello Punico uſque ad Caeſ. Octavium Auguſtum.

XXIV.

Quae cauſa fuit, & quis exitus primi belli Punici? Quid de Attilio Regulo?

XXV.

Quae cauſa & quis eventus ſecundi belli Punici fuit?

XXVI.

Quae bella inter ſecundum & tertium Punicum interceſſerunt?

Digitized by Google

XXVII.

Quid de bello Macedonico contra Philippum?

XXVIII.

Quid de bello Syriaco adverſus Antiochum?

XXIX.

Quid de bello Macedonico contra Perſem?

XXX.

Quae cauſa tertii belli Punici fuit? ubi de Carthaginis deſtructione.

XXXI.

Quid boni Romanis contigit à deſtructione Carthaginis?

XXXII.

Quid de Rebus Aſiae deſtructa Carthagine?

XXXIII.

Quae cauſa quiſque eventus fuit belli Iugurtini?

XXXIV.

Quid de bello cum Cymbris & Teutonibus?

XXXV.

Google

XXXV.

Unde ortum eſt bellum civile inter Marium & Syllam?

XXXVI.

Quod fuit belli Mithridatici principium & quis ſucceſſus? quae inde utilitas?

XXXVII.

Unde coniuratio Catilinae orta & quo pacto extincta fuit?

XXXVIII.

Quid de Triumviratu Craſſi, Pompeji & Iulii Caeſ.? quo tandem evaſit? ubi de rebus geſtis Caeſaris & de eius interitu.

XXXIX.

Quid de Triumviratu Octavij, Lepidi & Antonij? ubi de clade Bruti & Caſſij. Quo tandem iſte triumviratus evaſit? ubi de interitu Antonij & Cleopatrae.

XXXX.

Quid de Octavio Auguſto Monarchâ?

XXXXI.

Quantum temporis interceſſit ab U. C. uſque ad Octavium?

CAR-

Google

CARMEN

IN SERENISSIMUM

MAGNUM DUCEM

HETRURIAE RESTAURATOREM.

GErmanis Regio eſt, quam turgidus adluit Iſter,
Qui poſtquam populos, atque oppida multa rigavit,
Euxinum irrumpit bis terno flumine Pontum;
Auſtria Nomen habet rerum ditiſsima tellus,
Queis natura beat mortales, quaſque ſagaces
Producunt artes: heic ſede redundat in una
Magnificum quidquid dives Germania iactat.
Heic immortali Solio Regina refulget,
Cuius ab Imperio Pannonia Martia pendet,
Cui Marcomannus, Sclavus, Schyra, atque Bohemus
Subdunt colla iugo bellis & pace tremendi,
Et quorum gladiis biſcentum millia ſtrictis
Stant acie immobili concedere prompta ſub umbras,
Dum Regina jubet patrios ſervare penates.
Hâc genitrice ſalus Franciſco patre revixit
Inclyta Flora tibi; Prolem tua moenia cingunt,
Cujus fama replet vaſti confinia mundi.
Sanguine Gothfredi Caeſar, Regina Rudolphi
Hanc Sobolem genuere; cui virtutis amorem
Ardoremque, ſequi Maiorum exempla, dederunt.

Haec

Haec Patrum virtus in Te Leopolde reluxit
Ingreſſu primo Regni, cum Alcidis adinſtar
In Cunis ipſis monſtrum iugulaveris atrox
Famem, quae populum miſerè vexabat Hetruſcum,
Languida per vacuas ſpargens ieiunia venas.
Scillicet aeterni Iovis altâ mente ſtatutum eſt,
Principe Germano Floram relevare cadentem,
Quae lacero velata peplo, quae ſqualida luctu
Tabeſcit, vetulae ſimilis, cûi annoſa medullam
Exſuxit cura, attonitos ſregitque lacertos.
Stat fixum, revocare diem, quo gloria Florae
Floruit. Hetruſcos o terque quaterque beatos!
Tunc veſtri ingenii vires mirabitur orbis,
Quas pridem doluit triſti languore ſopitas!
Ac veluti pulſa cum tempeſtate ſerenus
Phoebe redis, mundumque beas radiantior ore:
Sic virtus oppreſſa malis antiqua redibit.
Flava Ceres, quae quondam exul fuit acta, manebit
Incola: nec nimio pretio vendentur egenis
Munera grata Deae. Non à ſententia avari
Pendebunt victûs pretia & ſors proſpera gentis
Aurum quo genus humanum ſibi pabula vitae
Comparat & ſocii ſubſiſtunt vincula mundi,
Mutua ſollicitae reddent commercia genti,
Arſque redux, ipſam dum praemia digna ſequentur.
Atque ut perpetuum ſors proſpera duret in aevum,
Hinc veluti latus omne domus ſinuoſa reveſtit
Vitis & uvarum ſoetu pubeſcit opimo,
Fortunata parens generis Ludovica beati,
Delicium Caroli, Ludovici fulgida imago
Magni, Saxoniae Witekindi gloria ſtirpis,
Auguſtique decus numeroſâ prole beabit
Hetruriam & donec bis ſex per ſigna recurret

An-

Digitized by Google

Annuus & roſeo conſurget Phoebus Eoo,
Non deerit regno qui praeſit maſculus haeres.
Haec LEOPOLDE tuae pietatis praemia ſunto,
Quae Germana Tibi proles ex corde precatur.

F I N I S.

Z 302 – 5

331624